tibus reditionum:quarum vna videtur ꝓpter solem ⁊ altera propter
partes orbis signoꝝ ⁊ cũ coniunxerimus eas ambas:erit semper pro
prietas cuiuscunqꝫ eorũ propter illud difficilis cognitionis. hec ille.
In istis verbis Pto. vult quomodo qnqꝫ stelle erratice seu planete
habẽt diuersum motuz in zodiaco:q2 mouẽtur aliquãdo versus septẽ
trionem aliquando versus meridiem ab ecliptica ⁊ interduz vero sub
ecclipti ca aliquando motu tardo aliquando veloci. Respectu etiaz so
lis habent diuersum motum cum enim videbantur ꝓpe solem:coruz
motus(presertim trium supiorũ)apparebat velox.cũ circa quadra

a sole non moueri qdem:sed stare videbantur.hoc est eoꝝ motus ĩsen
sibilis adeo fuit:ꝙ potius stare q̃ moueri dicerenṫ ⁊c. Et cum in dia
metro fuerũt solis cõtra signa tendebãt duo vero inferiores respectu
solis sic motum diuersuz videbanṫ habere q2 nõ cõiunguntur ei:nisi
aut retrogradi aut velociter moti . ⁊ dũ ab eo seperatur magis viden
tur stare ꝓpter eius variũ motũ istaꝝ stellarum quãdoqꝫ ipsi antiqui
merito habuerunt inuestigare ⁊ q̃rere motũ equalem ⁊ similẽ ĩ reuo
lutionibus:que cẽt absqꝫ diuersitate:qlibet talis.n.motus ẽ: quedã p̱
prietas cõuemẽs corporibus celestibus alienatis a natura istorũ ĩfe
rioruz .quoꝝ motus sunt absqꝫ similitudine ⁊ ordine. inqt Pto . vbi
supra. Et debebãt querere equalẽ motũ:q ambas istas diuersitates si
mul ad equalitatẽ reduceret. Et p̱p̱ hoc ordinauerũt equales circulos
imaginatos:sicut patebit ĩferius.motum aũt equalem venebanṫ p̱ tẽ
pus sicut ĩ sole ⁊ in luna vt supra pꝫ compᷓhendentes ĩ aliquo tp̱e equa
les reuolutiões.vñ quidã antiquoꝝ sapientũ dictas reuolutiones cõ
siderabãt p̱ stationes ⁊ p̱ ortus istoꝝ planetaꝝ. Sꝫ tales Pto. repᷓhen
dit vbi supra dicẽs nõ est possibile ꝙ stationes declarẽt tp̄s verũ q2 lo
calis motus quandoqꝫ planetarũ ĩ diebus pluribus circa statiões nõ
est sensibilis ortus ẽt nõ:q2 ortus mutãt loca subito. Imo adhuc preṫ
istos modos põt esse error in tempore ꝓpter diuersitatem aeris in lo
cis.⁊ etiam visione eorum:q considerant . habent enim planete mul
titudinem modorum declinationis ab orbe signorum secundum loca
sua in longitudine ⁊ latitudine. Et sic linee secundum quas videntur
planete nõ faciunt angulos secũdum vnam habitudinem apud orbẽ
signoꝝ sed ꝭm diuersam p̱p̱ plures modos declinationum ab orbe si
gnorum.quos faciunt ipsi planete motib⁹ suis diuersis ĩ longitudiẽ
⁊ latitudine.eorũ aũt longitudines:cum fuerint apud orizontem vidẽ
tur secũdum visus maiores:⁊ cum fuerint in medio celi : videbuntur
minores. Pro tanto ergo considerationes tales reuolutionum equa
lium in quinqꝫ planetis debuerunt esse in tempore longo respectu stel
larum fixarum multuz doctrinaliter.subtiliter:⁊ sapienter considerã
do scilicet omnes tales.ex parte quarum varietas aliqua possit accide
re.tali enim modo possibile est comprehendere verum locum planete
⁊ per consequens reuolutiones equales in temporibus equalibus. Et
ideo dominus Ptolo.ordinauit instrumentum armillarum:quo ac
cipiuntur vera loca planetarum ⁊ omnium stellarum fixarum scḋm
longitudinez ⁊ latitudinẽ:cuius cõfectionez ponit.d.5.c.p̃io. Tali ex

go instrumēto armillarum mediante ipse Pto. ⁊ nonnulli sui ante
cessores accipientes vera loca planetaꝝ in ordine ad certam stellam fi
xam obseruabant reuolutiones seu reuersiones eaꝝ equales ī quanto
erāt tpe:⁊ ex illo tandez tēpore ī motus eoꝝ simplices:seu equales per
uenerunt tam quo ad epiciclos quā quo ad zodiacū:⁊ eos tandem in
tabulis collocauerunt nobis vsum sempiternū relinquentes. Que q
dem reuolutiones ponunt.d.9.c.primo.⁊c.

Quilibet trium superiorum. Prima pars in
qua proponitur numerus orbium partialium cuiuslibz trium supioꝝ
tot hz orbes partiales in sphera sua:quot requirunt ⁊ sufficiunt ad saluā
dū diuersum motum. Sz tres ⁊c. minor pz in deductione cuiuslibz se
orsū ⁊ primo ꝙ ecentric⁹ in eis ponēd⁹ sit ostēdit simili rōe:sicut d̄ so
le dictum ē. deprehēsum ē eīm quō cētrū epicicli in oīb⁹ qnqz planetis
dūmodo pertransierit zodiacū per maius tempus morabatur ī vna
medietate zodiaci quā in altera. Et hoc qdem saluari minime pot quā
p positioēz ecētrici:quo posito alij duo circūstātes sibi ponēdi sunt:ne
scissio spherarū vel cōmissio vacui sequeretur. Et hoc quidē affirmat
Pto.d.9.c.5.sic dicēs ī diuersitate aūt:que videt apud partes orbis si
gnoꝝ inuēim⁹ in arcub⁹ q sunt in ortibus vnis aut vnis figuris oīuz
signorū.i.arcubus secūdū vnā ꝓportioēz:aut ceteris ptibus distanti
b⁹ tps:qđ est a motu minori ad motū maiorē.i.per longi⁹ tēp⁹ mora
tur procedentes ab auge ad longitudinē mediā:per minus vero ꝓcedē
do a longitudine media ad oppositū augis:īō qꝛ cētrū epicicli tardius
mouetur circa augem ecentrici:quā circa eius oppositum. Et hoc qdē
ꝯtigere fm ecētricū ē possibile:sicut in sole dictū ē:vt pz qꝛ minor est
motus ad longitudinem longiorem:maior vero ad ꝓpiorem. Qđ ēt
epicicl⁹ ponēdus sit pz.qꝛ diuersitates ⁊ figure:quas oēs quinqz plā
te respectu solis nullo mō saluari possunt sine positōe epicicli: vt pz p
directōes:statōes:retrogradatōes.sic ergo mior vera.⁊c.

Orbes autē augem deferentes. Secūda ps in q̄
agit de motibus orbiū partialiū in sphera vniuscuiusqz triū supioꝝ cō
tentoꝝ. Et primo de motu augē d̄ferentiū qđ aūt hij orbes moueant
motu ab octaua sphera eis influxo:sic pōt persuaderi:qꝛ aux ecentrici:
cui quilibz istorum triū planetaꝝ in qualibz reuolutione semel appli
catur non est inuenta neqz comperitur variari:nisi qualiter variant

stelle fixe. ergo ⁊ isti orbes taliter variantur seu mouent. Et hoc qdez
esse verum affirmat Pto. in multis locis. signant tū.d.9.c.7. Ex eo ḡ
qđ diximus:⁊ ex eo:qđ vidimus de conuenientia:que est in stellis erra
ticis diametros que transeunt super longiores ⁊ propiores motum lo
calē ad successionē signorū supra cētrū orbis signorū. Et qđ tēp⁹ hui⁹
localis motus est equale tēpori localis motus sphere stellaꝝ fixarum.
hec ille. intelligendum ēt ꝙ eo motu ēt mouet ecentric⁹. Sz ꝑter hūc
motū hz sibi aliū propriū:de quo est lrā.⁊c.

Sed orbis epiciclum deferens. Ideo aut d̄
ferentis epiciclū secat axem zodiaci octaue sphere: qꝛ d̄ferēs cuiuslibz
trium superioꝝ declinat ab ecliptica sic:ꝙ vna eius ps tendit ad septē
trionem:altera austrū versus pro tanto etiam polos deferentis a po
lis zodiaci sequtur distat. Et hoc pz per Pto.d.9.c.5. vbi sic inqt. Et
neqz ē linea recta descripta sup duo cētra orbiū signorū ⁊ orbis stelle
secundū longitudinē vnam a punctis duarum equalitatum ⁊ duorū
tropicorū:sup quam videntur lōgitudo lōgior ⁊ longitudo propior cu
iuscunqz stellarum. Quod tantum valz linea vadens per augem ⁊ op
positū augis ī istis planetis nō vadit per ambo cētra.s.zodiaci ⁊ ecē
trici. Et hoc ideo:qꝛ supficies vnius nō est in supficie alterius propt
declinationē. naturaliter autem istos deferentes declinare fecit :quos
planete in diuersas partes mote diuersos in inferioribus producāt
effectus reddanturqz quādoqz debiles qnqz fortes:planeta enim si fue
rit septētrionalis:erit sua significatio maior:durabitqz tēpore longio
ri.si meridionalis fuerit fit ecōuerso inquiunt astrologi. Qđ etiā dicit
ꝙ poli deferētis distāt a polis zodiaci distātia nō equali:verū ē qꝛ po
lus deferentis meridianus plus distat a polis zodiaci. borealis vero
min⁹:hz qꝛ axes eorū secant se nō ī centro mundi ⁊ polū borealem. Et
huius iterum causa est ecentricitas deferentis.

Quare fit. Hoc Cor. pz ex eo:qꝛ ex quo deferentes non ha
bēt alium motū nisi octaue sphere ⁊ talez motuz
sequit aux deferētis ergo postquā repte sunt auges oīum triū versus
aquilōem imo certo tēpore eam partē semp tenebūt. ergo nūquā ptrā
sibunt eclipticā. dicte autē auges quō ⁊ in qua parte zodiaci sunt iuen
te silr quātitates ecētricitatū pz p Pto. in Marte.d.10.c.7.ī Joue.d.
11.c.1. In Saturno.d.11.c.5. sequens etiam littera magistri satis pla
na est ⁊ euidens in figura.⁊c.

Motus antẽ epiciclum deferẽtis.

Tractat de motu epiciclũ deferentis irregulari ⁊ regulari. Qđ magi
ster dicat cẽtrum epicicli sup̱ centro ecentrici irregulariter moueri nõ
est verum intelligendo simpliciter. hoc. n. esset contra illam maximaꝫ:
qua dictũ est oẽꝫ motũ corporis celestis simplicẽ ⁊ equalẽ ⁊ cõtra phi
losophiam que corporis simplicis ⁊ regularis motũ ponit simplicem
⁊ regularẽ ⁊ sic motus deferentis epiciclum in se ⁊ absolute ꝯsideratꝰ
de facto vniformis est. Est autem difformis ꝓ quanto cum motu de
ferentis simul ẽt ꝯsideraṫ motus planete in epiciclo: quem motum in
epiciclo planeta hꝫ respectu solis: vel ẽt difformis est referendo motũ
deferentis epiciclum ad centrum mundi. Et ad orbem signorum: in
quo habet diuersum motũ. s. iã ad septentrionẽ: iam ad meridiẽ: iã sub
ecliptica rõne declinatõnis. Et hoc quidẽ esset verum vꝫ: ꝙ centrum
epicicli habeat diuersum motũ ĩ suo ecẽtrico. Inquit Ptol. d. 9ª. ca. 5.
Et cẽtra orbiũ reuolutiones neqꝫ reuoluuntur super hos orbes cẽtro
rũ egrediẽtium quorũ cẽtra p̱ motus suos reuoluuntur ĩ reuolutione
equali. ⁊ perambulat ĩ tẽporibus equalibus angulos equales. hec ille.
Quia autẽ magister dicit in littera ꝙ cẽtrũ epicicli moueṫ regulariṫ
sup̱ centro equationis: ĩmo ẽt ⁊ planeta ĩ epiciclo habꝫ similiter motũ
equalẽ respectu centri equantis: vt patebit ĩfra.

Notandum. Quantum est in se ad motum orbium non
est opus equãtis. nihil. n. equans facit ad mo
tum orbis regularis cum sit circulus imaginarius: sed quantum ad
opus astronomicũ seu ad calculationẽ tabularũ: que calculanṫ iuxta
principia ⁊ conclusiones mathematicas que quidem conclusiones: q̃
sepius non possunt accomodari ⁊ applicari motibus. vt sunt ĩ sua na
tura seu vt apparent. Ideo ipsi mathematici: q̃nqꝫ capiunt aliter mo
tus corporum celestiũ: q̃ sint in sua natura vel aliter q̃ apparet ⁊ con
siderant eos tali modo: qualiter seruiunt coꝝ arti ⁊ operationi: cũ alio
modo nullatenus ad opus rectum ⁊ precisum posse peruenire certum
sit. imaginantur ergo equalem esse motum: qui non equalis videtur ĩ
se propter opus: vt rectius ponant. Et ex hoc cõuicti sunt ⁊ coacti po
nere equantes circulos imaginatos: sup̱ quibꝰ motus orbiũ diuersos
⁊ inequales equales esse ꝯsiderant: reducuntqꝫ illos motus diuersos
primum ad equalitatẽ tanq̃ in id: ex quo iudiciũ diuersi motꝰ sumptu
ri sunt. rectũ. n. est index sui ⁊ obliqui. ⁊ sic p̱ motũ equalẽ iteꝝ cogno

scunt: quantũ motus diuersus maioritate aut minoritate planetaruꝫ:
angulorum ⁊ arcuum aut diminuat super motum equalem. propter
hoc ergo ponuntur equantes. Et de eis pꝫ p̱ Ptol. d. 9ª. capi. 5. vbi in
quit ex eo vero quod diximus scitur ꝙ centra orbium reuolutionum
reuoluuntur super orbes illos equales orbibus centrorum egredienti
um: qui ponunt diuersitatem ⁊ centra illorum: non sunt centra eorũ:
sed stellarum quidem sunt quattuor que sunt p̃ter mercurium ⁊ re
uoluuntur super orbes: quoꝝ centra secant lineas: que sunt in eo: qđ ẽ
intra cẽtrum orbis signoꝝ. ⁊ intra centrũ orbis egredientis equantiũ
cuiuscunqꝫ eaꝝ in duo media. hec ille. vt autẽ citius sciaṫ q̃ itō motus
diuersus centri epicicli super centro equantis sit equalis etiaꝫ quomo
do motus planete quem habꝫ in epiciclo rectum ipsius solis etiã equa
tur super eodem centro equantis placuit quadam ratione grossa ⁊ nar
ratiua ostendere. nam demonstratiue ⁊ mathe. Ptol. ĩ almagesti ostẽ
dit đ vnnquoqꝫ planeta seorsum in nona: decima ⁊ vndecima. d. Iaꝫ
ergo notum est ex prioribus: ꝙ ecentricus declinãs a superficie signo
rum ponẽdus est: posita aũt ecentricitate deferentis cẽtrũ epicicli sem
per diutius decurret p̱ illam medietatem đferentis versus quam est
centrum ecentrici: tñ rõne ecẽtricitatis respectu orbis signoꝝ: per reli
quam vero medietatem non tam dudũ ⁊ in duplo diutius q̃ poniṫ
eccentricitatis quantitas: vt si ponaṫ ecẽtricitas triũ graduũ morabiṫ
amplius centrũ epicicli in illa medietate. 6. gradibus: in altera ãt tan
tũdem minus. Si ergo hec ipsa difformitas tarditatis ⁊ velocitatis
ad equalitatem reducenda est: necessario erit addenda supra centrum
ecentrici equalis ecentricitatis quantitas: vt ab illo pũcto p̱ lineã: que
respectu augis linee ĩ equãte maiorẽ ĩ ecẽtrico vero minorẽ secabit ar
cum centro epicicli p̱ medietatẽ deferentis superiorem discurrente tã
tum motui epicicli adaugmẽtatur quãtũ ecẽtricitatis quãtitate retar
datur: ⁊ ĩ medietate versus oppositũ augis p̱ lineã ab eodẽ pũcto: q̃ iaꝫ
minorẽ equantis: ecentrici vero maiorẽ solebat secaṫ arcum tantum
motui epicicli adiuuatur quantum accessus eius ad cẽtrũ mundi ve
locitari videṫ. Sic itaqꝫ apparet oẽꝫ motũ equalẽ centri epicicli super
equãtis cẽtro: qđ tãtũ distat a cẽtro ecẽtrici quãtũ a cẽtro orbis signo
rũ distat. circulꝰ. n. sup̱ tali puncto ad quãtitatẽ deferẽtis descriptus
sic se habet: ꝙ semidiametris eius talis erit proportio ad id qđ cadit in
ter duo centra ecẽtricorum: qualis est ꝓportio semidiametri đferẽtis
ad distãtiã cẽtri eius a cẽtro orbis signorũ: sicut dicit quarta ꝓpositio

albeonis ĩ prima parte. hec ergo distantia centri equantis dupla ad
distãtiã ecc̃tricitatis deferentis cõtinet superfluitatẽ totã diuersi mo
tus supra motum equalẽ: que apud orbẽ signorum apparet vt inquit
Pto. d. 10. c. 6. In vna quaqꝫ. n. harum triũ stellarũ cõtinetur ſm ap
paritionẽ aspectus quod accipitur de egressione a centro ſm ꝙ ẽ sup
fluitatis ꝑꝑ cõparatã ab orbe signorum ꝓpinquũ duplo egressionis
a cẽtro: cuius ẽ equatio ꝓpter quantitates longitudinis ⁊ minore: q̃
fuit orbis reuolutionis. hec ille. Quantum ad secundum videlicet. ꝙ
motꝰ planete: quẽ habet in epiciclo sit equalis etiaꝫ sup cẽtro equãtis.

Notandum.

Ex iaꝫ dictis apparet: ꝙ planete in epiciclo
habent motum diuersum respectu ipsius so
lis: quẽadmodũ etiã hoc cognoscitur instrumẽtis armillarũ qui qdeꝫ
motus quẽadmodum cognoscitur esse diuersus respectu eodem modo
etiam respectu solis debet equari seu ad equalem reduci. omnem enim
motum corporis celestis simplicem: ⁊ verum: equalem esse inqt alber
ti suppositio: ad intelligendũ autem hec. s. quomodo motus planete in
epiciclo sit equalis super centro equantis repetendũ est illud: quod di
ctum est circa epiciclum lune: vt pꝫ ꝙ oportet esse vnũ ⁊ idem pũctuꝫ
circũferentie epicicli imaginate ĩ quocũqꝫ loco existat epiciclus: a quo
puncto sumat̃ linea medij motus planete similiter ꝙ idem punctus a
quo ĩcipit medius motus vbicunqꝫ epiciclo discurrenti fit diametra
lis seu perpendicularis semper ad illud punctum: de quo educitur li
nea vadens per centrum epicicli vsqꝫ ad eius superiorem partẽ augis
tangens punctum initij medij motus seu quod idem est illa diameter
epicicli: quã habet epiciclus in auge ecc̃trici: vel in opposito existens:
semꝑ debet esse perpẽdicularis ad centrum equantis seu debet esse in
eodem loco subiectiue cum linea educta de centro equantis ⁊ per cen
trum epicicli ad eius partem superiorem ducta: vbicunqꝫ epiciclus
existat: si respectu cẽtri equãtis plãeta ĩ epiciclo debeat hr̃e motũ equa
lem: vnde q̃ꝛ predicta diameter epicicli epiciclo ĩ quocunqꝫ loco ecc̃tri
ci existente semꝑ diametraliter respicit cẽtrũ equantis ⁊ est semper in
eodẽ loco subiectiue cũ linea de centro equantis ducta per centrũ epi
cicli. Pro tanto ergo motus planete in epiciclo respectu centri equan
tis fit equalis. Illa enim distantia: que est a centro orbis signorũ vsqꝫ
ad centrum equãtis: ẽ tanta quãtum apparet diuersus motus planete
in epiciclo respectu medij motus solis: vnde ⁊ pro tanto sol dicit̃ eis
coniungi ipsis existẽtibus in auge media epicicli: ⁊ opponi: dum illi

fuerint in opposito augis medij epicicli vt infra dr̃ ĩ littera ⁊ hoc qdẽ
demõstrat Pto. d. 10. c. 6. põt etiam hoc adhuc ostendi aliter sicut de
luna dictum est. nam antiqui obseruatores astrorum modo: qui dice
tur inferius. primo inuenerunt motum cuiuslibet planete equalem ĩ
epiciclo quantus est quolibet die naturali: postea certo tempore istru
mento armillarum mediãte acceperunt ⁊ cognouerunt verũ locũ pla
nete. Similiter fecerũt post annum aut duos vel plures. Iaꝫ itaqꝫ ex
medio motu preinuento sciuerunt quantũ arcum planeta in epiciclo
suo illo tempore intermedio pertransibat. Et describẽtes circulos mo
tuũ cognoscebãt: regulis mathe. ꝙ semꝑ quãdocũqꝫ cẽtrũ epicicli gra
dit̃ ab auge ecẽtrici vsqꝫ ad oppositũ. mĩor ẽ arcꝰ medij motus plane
te ĩ epiciclo quã sit arcus epicicli ĩterceptus inter lineã exeũtẽ ꝺ cẽtro
mũdi ꝑ centrũ epicicli ad superiorẽ eius partẽ positã: ⁊ inter cẽtrũ pla
nete. In reliqua vero medietate ecẽtrici iteꝝ fiebat maior: ⁊ ĩ tãto mi
nor aut maior quantus arcꝰ correspõdet quãtitati duplici ecentricita
tis ꝓ tãto ergo diameter epicicli illa quã hꝫ ĩ epiciclo dũ fuerit ĩ auge
vel ĩ opposito augis ecẽtrici dirrecte ꝑpẽdicularit̃ ducit̃ ad illũ pũctũ
qui tm̃ distat a cẽtro ecẽtrici: quãtũ ipsuꝫ a cẽtro orbis signorũ: q pun
ctus equãtis dr̃. Sic ergo pꝫ qualiter motꝰ diuersus plãetarũ triũ su
periorũ quem habẽt ĩ orbe signoꝝ vel etiã respectu solis equat̃ super
equãtis centro hic etiã seruit illa distinctio de declinatione ⁊ reflexio
ne posita in luna: que fit scd̃m longitudinem.

Necessario igitur.

Hoc Cor. pꝫ: q̃ꝛ ꝓducta linea ꝑ
centrũ equantis ĩ eiꝰ vtrãqꝫ par
tẽ oppositã circulis respectu lune augis ĩ equãte secabit eq̃les arcꝰ: ⁊
equales circa centrũ equãtis cõstituet angulos ĩ ecentrico vero ĩequa
les: minorũqꝫ arcuũ eũ: q versus augẽ ẽ: maiorẽ versus oppositũ ꝯp
hẽdet. Et ex isto Cor. appet veritas priꝰ dicti: vꝫ ꝙ motꝰ epicicli cẽtri
q tardꝰ est versus augẽ in equãte maiorat̃. Qui vero ĩ opposito augis
velox vr̃ minoratur in equãte eodem arcus minoris sectione.

Epiciclus vero duos habet motꝰ.

Tractat de motu vltimi orbis: q epiciclus appellat̃. ꝙ motus epicicli
quo ad sui superiorẽ partem fit ſm successuꝫ signorũ: ad ĩferiorem ve
ro ꝯtra. Per hoc ostendit̃: q̃ꝛ quotiẽscũqꝫ vr̃ planeta trãsire ab oppo
sito augis epicicli vsqꝫ ad longitudinem mediam: seu vsqꝫ ad quartaꝫ
partem circuli per longius tempus perambulat illam parteꝫ. quãquã

dum vadit ab eadem longitudine media vsq; ad augem epicicli. Et
sic diutius decurrit per medietatem inferiorem epicicli quam per me
dietatem superiorē: qđ quidem stabit in veritate ⁊ saluabit quando su
perior pars epicicli ibit secundū ordinē signoꝝ: in qua iam apparebit
motus planete velox: in inferiori vero tardus. Quod autem illa pars
eat contra successum signoꝝ. pz per ꝑto. d. 9. c. 5. In his quidē diuersi
tatibus figurarū q̄ sunt cōfiguratōibus continue sequentibus in par
tibus vnis ⁊ eisdem orbis signoꝝ illarū stellaꝝ quinq; erraticaruz tē
pus: quod est a motu maiore ad motū mediū: est semper longius tem
pore: quod est a motu medio ad motū minorem. Et per motum maio
rem intelligit ꝑto. motū in longitudine propiori epicicli per motū
vero mediū intelligit motum in longitudinibus medijs epicicli ⁊ per
motū minorem intelligit motū in longitudine longiore epicicli ⁊ vl
tra dicit ꝙ hoc non est possibile ꝙ fiat ſm motum orbis ecentrici. Se
cundū vero mediū orbis reuolutionis est possibile cum non fuerit mo
tus maior in longitudine propingore sicut in luna. ſ; in longitudine
longiore: vt cū ceperit stella a longitudine longiore ⁊ non fuerit cur
sus eius ab oriente in occidentem: sicut in luna: sed fuerit ad successio
nē signorum. hec ille.

Axis huius motus. Eque distat ab ecliptica. Tūc
dū cētrum epicicli fuerit ī alte
ra duorū nodoꝝ tūc. n. supficies epicicli nusꝙ̄ decliat a superficie ecen
trici dū vero centrū epicicli fuerit in altero quopiā ventriū draconis
tūc axis epicicli nō ē eque distans axi ecliptice circa latitudines plane
tarū. Qđ ēt magister dicit illū motū epicicli esse irregularē super cen
tro suo: itellige nō simpliciter ⁊ ſm se cōtrariādo motū epicicli: ſ; ī or
dine ad oculū: qui de centro orbis signoꝝ illum spectaret motum. sibi
enim motus epicicli irregularis cadit tali modo: ꝙ centro epicicli dis
currente ab auge ecentrici vsq; ad oppositionē semper minor est arcꝰ
medij motus planete in epiciclo: ꝙ̄ arcus epicicli īterceptus inꝯ augē
veram epicicli ⁊ inter centrū planete: ⁊ initiū minor quantꝰ corporū
distantie inter centrū orbis signoꝝ ⁊ inter centrum equantis. In reli
qua vero medietate iterum fit maior. Sic ergo fit irregularis in ordīe
ad centrum mundi.

Hec tamen irregularitas. Determinat đ mo
tu regulari: quē hʒ
plāeta in epiciclo. Jā āt priꝰ ostēsum ē: quomodo tota diuersitas mo
tus planete in epiciclo ꝓcedit ex distantia centri equantis a centro or
bis signoꝝ. Ideo planeta in epiciclo iā habebit motū regularē ⁊ vni
formē super centro equantis: de quo linea ducta ꝑ centrū epicicli ostē
dit pūctū: a quo cōputādus ē equalis motus planete in epiciclo: q aux
media appellaꝯ: que quidem aux media variabilis est quo ad concaui
tatem illam in qua situatur epiciclus sic: vz ꝙ cū tūc sit in alio ⁊ alio
puncto concauitatis: vl' ēt variabilis est in superficie cōnexa reali ipsi
us epicicli: iō ꝙ continue alius ⁊ alius punctꝰ superficiei realis epici
cli succedit ꝑꝑ motū epicicli: nō aūt variabilis quo ad circūferentiam
imaginatam in epiciclo in qua motus planete: ⁊ reuolutio computan
tur. semꝑ. n. punctū augis medie necesse est: esse vnuz ⁊ eundē in quoli
bet loco ex causis: que dicte sunt in luna. Quod āt magister dicat reuo
lutionem epicicli esse velociorē centro epicicli existēte ī supiori medie
tate ecētrici: tardiorē vero ī iferiori hoc sic pz: q2 due linee: quaꝝ vna
duciꝯ de centro equātis ꝑ centrū epicicli ad eiꝰ ꝑtē supiorē: q̄ ostendit
augē mediā: ⁊ altera q̄ duciꝯ ex cētro mūdi augem verā ostendens. sic
se habent: ꝙ procedente centro epicicli ab auge ecentrici vsq; ad longi
tudinem mediā ecentrici: continue linea augis medie se remouet: ⁊ se
pat a linea augis vere subsequēdo motū in epiciclo. Sic ergo motum
planete veꝝ in epiciclo. q maior ē medio ⁊ velocior in illo minuit a lō
gitudine āt media ecētrici iteꝝ hec ipsa linea augis medie cōtinue ac
cedit ad lineā augis vere a cētro planete se remouēdo: quo accessu mo
tum planete: qui illic tardus est efficit maiorem. cōformiter in reliqua
medietate ecentrici intelligiꝯ. Sic ergo sequiꝯ motū reuolutionis epi
cicli esse velociorē in supiori ꝑte ecentrici in ordine ad cētrum mundi:
illic cū linea augis medie minorat: in inferiore vero tardiore ꝑꝑ ma
iorationez: quā efficit. ⁊ ex eo iteꝝ pz: quomō linea augis medie motū
diuersum ad equalitatem reducit: superior ꝑs ecentrici ⁊ inferior đter
minantur per lineam ductam per centrū ecentrici faciētez rectos an
gulos cum augis linea.

Habet autē epicicli reuolutio. Tractat
magister
đ reuolutōe equali epicicli simili ecētrici ostēdēdo ī quāto tēpore semꝑ
reuoluatur epiciclus similiter ecentricꝰ cuiuslibʒ triū superiorū: habi
to. n. tēpore in quo semꝑ reuoluiꝯ epiciclus: similiter ⁊ ecētricus. habe
tur facillime motꝰ equalis cuiuslibʒ quantꝰ sit in die naturali: tā quo
ad epiciclū ꝙ̄ quo ad ecētricū. Notādū q̄ñ ipsi priores comprehende

runt ⁊ inuenerunt motum equalem cuiuslibꝫ qnqꝫ planetaꝝ. Illū.n.
prius ⁊ ante oīa q̄rebāt quēadmodū quādā normā seu viā : mediante
qua cetera singula iuenturi erāt. Sicut āt patuit in sole ⁊ ī luna ī ipsis
planetis ex tpe reuolutꝫ. equaliū ēt in motum equalem : tā in epiciclo
q̄ꝫ in ecētrico deuenerūt. Tēpꝰ aūt reuolutōum equaliū comprehende
bant multis prolixisqꝫ obseruatōibꝰ: quas p̄cedētes obseruatōes seq̄n
tibus relinquebant: ipsiqꝫ sequētes errorē ī aliquo cōmissum meliori
capta experientia emendabāt. quas qdē obseruatōes astroꝝ accipiebāt
mediantibus instrumentis. Fuit itaqꝫ ꝑ ipsos obseruatores ordiatuꝫ
⁊ confectum quodam notabile instr̄m noīe armille. Cuiꝰ cōpositōem
ēt Ptolo. ponit. d. 5. ca. primo. mediante quo poterant accipi vera loca
planetaꝝ ⁊ stellaꝝ fixaꝝ certissime tā secūdū longitudinē q̄ꝫ s̄ꝫ latitudi
nē. debebātqꝫ ipsi obseruatores ⁊ īspectores aspicere astra multū subti
liter doctrinalr̄ ⁊ sapiēter (sicut inquit Ptolo.) aduertentes sup oēs
causas a quibus error quispiam accidere possꝫ: puta sup mediū sup lie
as cadētes inter loca astrorū: que faciunt angulos apud cētrū orbis si
gnoꝝ non s̄m vnam: sꝫ s̄m diuersas habitudines pp varios modos d̄
clinationū planetaꝝ ab orbe signoꝝ. Etiā sup longitudinē: q̄ apparet
semper maior circa orizontem minor vero circa mediū celi. Et sic de
alijs causis. Tempus ergo istaꝝ reuolutōum equaliū qdam volebant
comprehendere ꝑ stationes: qdam vero per orbes planetaꝝ qđ mini
me fieri potuit: sicut circa principiū capituli dictum ē. dūtaxat ergo ꝑ
stellas fixas: q̄ non mutant notabiliter situm in multo tēpore dicte re
uolutiones poterant certitudinaliter cōprehendi. s. aspiciēdo loca pla
netarū mediante dicto instr̄o in ordine ad aliquam stellarum fixaruꝫ
notarū: ꝑ quam cognoscebant locū verum planete: dum cedebant cuꝫ
ipsa in eūdem circulū transeunteꝫ ꝑ polos zodiaci ad centrū stelle. Sic
itaqꝫ accipientes verū locum planete obseruabant totū tempus: infra
quod dictus planeta contineret omnes reuolutōes ⁊ epicicli ⁊ ecētri
ci equales reuertendo se ad similem sitū. Demū gradus omnes ī illis
reuolutionibus ꝯtentos diuiserunt ꝑ illud totū tempus equaliū reuo
lutionū ⁊ in quotiente inuenerūt motū equalem quantꝰ sit infra dieꝫ
naturalem: eūqꝫ in tabulis collacauerūt. ⁊ Ptolo. d. 9. c. 3. ponit istas re
uolutōes equales ⁊ tempora: in quibꝰ fiunt: naꝫ in Saturno. 57. reuo
lutiones epicicli cōpletū in ānis solaribꝰ. 59. die vna. ⁊. 18. horis. cētri
vero epicicli due reuolutōnes vnꝰ gradꝰ. 43. m̄. in eodē tpe complent̄.
In Ioue vero infra. 71. minꝰ. 4. diebꝰ. 21. hor. ⁊. 34. minutꝭ fere com

plent̄. In Ioue vero infra ānos. 71. minꝰ. 4. diebꝰ. 21. hor. ⁊. 36. m̄. fere
cōplent̄ reuolutōes epicicli. 65. centri vero seu ecētrici sex reuolutōes
minꝰ. 4. gradibꝰ ⁊. 50. minutis. In marte iterū in annis. 79. tribꝰ die
bus. 5. hor. ⁊. 12. minutis fere. 37. reuersiōes in epiciclo. i ecētrico. 42.
reuolutiones cū tribꝰ gradibꝰ ⁊. 10. minutis. ⁊ inqt ibidem Ptolo. vbi
supra in stellis. n. tribꝰ quas consequit̄ sol ē numerꝰ reuolutōnū: quas
reuoluit sol in tpe reditionis: q̄ est cuiusqꝫ earum situ numerꝰ reuolu
tionū stellarū in longitudine ⁊ diuersitate coniūctꝰ simul: idest reuolu
tiones planete in epiciclo ⁊ reuolutōes in ecentrico: seu in zodiaco : si
iūgantur simul constituūt reuolutiones solares: infra quas continen
tur. Ex inde ergo concludit̄ mediū motū planete: quē habꝫ ī epiciclo.
⁊ quem habꝫ in zodiaco eis simul iūctis esse equalem medio motui so
lis. Ideo vno illoꝝ habito atqꝫ de medio motu solis sublato reliquus
restat: vt ēt dicit lr̄a īferiꝰ: ⁊ hoc quo ad tres superiores. Quo vero ad
duos inferiores inqt Ptolo. q̄ꝫ in ānis solaribꝰ octo demptis duobus
diebus. 7. hor. ⁊. 12. minutis reuolutiōes veneris in epiciclo cōplent̄
quinqꝫ. In zodiaco vero octo minus duobꝰ gradibꝰ ⁊. 15. minutis. In
Mercurio vero reuersiones ī epiciclo. 145. complent̄ ⁊ ꝑficiunt ī. 46.
ānis solaribus ⁊ in die vno ⁊ duobus minutis fere cū equali numero
reuolutionū ī zodiaco annoꝝ solariū ⁊ exinde iteꝝ pꝫ eundem eē me
dium motuꝫ solis Veneris ⁊ Mercurij. istis ergo reuersionibus hītis
⁊ temporibus: qbus fiūt motus medij cuiusqꝫ planetarū venatus est
mō iam expresso. tp̄s āt vniꝰ reuersionis in epiciclo qđ est tp̄s a media
cōiunctione eoꝝ cū sole ad sequentē scđm Alfonsum. ⁊ Blanchinum
ponit̄ hoc ī vnoquoqꝫ. In saturno. 378. dies ⁊. 2. hor. 12. mi. in Ioue
398. dies. 21. hor. 12. mi. In Marte. 779. dies. 22. hor. 23. minuta. per
hoc tp̄s reuolutis. si diuiseris. 360. gradus extrahes mediū motū quē
hꝫ planeta in epiciclo īfra diem naturalē. Ex illo subtracto de medio
motu solis: quem hꝫ in vno die restabit motus mediꝰ planete ī zodia
co secundū auctores eosdem ⁊c.

Hinc uidetur accidere. Istud Cor. sequit̄ ex p̄ce
dētibus. Reuolutio etiā
velocior aut tardior cuiuslibet ī epiciclo potest patere ex motu: quem
hꝫ planeta in suo epiciclo: nā si motus ī epiciclo vnius diei naturalis
maior fuerit q̄ꝫ motus ī zodiaco. ⁊ ecōuerso. ⁊ illius planete: cuius mo
tus in epiciclo fuerit maior respectu alterius velociorem reuolutionē
eius sequitur esse. Similiter in zodiaco.

Aux autem media. Declarat diuersaz dispōez epicicli quā hz in suis partibus in ordine ad centrū equantis ⁊ i ordine ad cētrū signoꝝ. dimittit aūt ecētricū: ⁊ in eo similiter accipiēda sunt illa. Littera ēt i se satis māifesta ē de auge media ⁊ vera similiter de coꝝ idēptitate ⁊ diuersitate. cētro enī epicicli de loco augis ecētrici ꝑgrediente. statiz linee augis medie ⁊ vere a se inuicem īcipiunt discedere: cōtinueqz a se magis recedunt vsqz dū centrū epicicli fuerit cōstitutū i lōgitudine media ecētrici ibi iā maxime a se distant: sicut dicit littera. Cētro aūt ď hoc loco versus oppositū augis ecentrici eunte dicte linee augiū ad se successiue approximāt vsqz dū centrū epicicli fuerit i oppositū augis ecentrici: vbi fuerit vna ⁊ eadē: quēadmodum i auge. Et i reliqua medietate conformiter intelligatur.

Aux planete. Tertia pars pricipalis i qua ďclarat terminos. Jā sepiꝰ dictū ē: ꝙ aux i pria significatione pūctū ecētrici noīat maxime distātē a cētro mūdi: quē ostendit linea de cētro mūdi ꝑ cētrū ecentrici ducta que quidē linea ꝓtēsa vsqz ad zodiacū ostēdit pūctū zodiaci. sub quo sit ille pūctus. Sz aux i scđa significatione noīat totū arcū zodiaci ab arietis initio vsqz ad dictaz lineā augis: sicut dr̄ in littera. hic aūt arcus qualr̄ inuestigādus sit. iā scitū ē: sub quo aūt pūcto zodiaci sit aux ecētrici pz ꝑ Pto. de Marte. d. 10. c. 7. vz accipiendo mediāte īstrumēto armillarū verū locū planete tribus vicibus. sic ꝙ locꝰ prie ꝯsideratiōis sit diametralis linee medij motus solis: ⁊ distās ꝑ distātiā vniꝰ signi plus vel minus a vero loco scđe cōsideratiōis. Similiter secūdus locꝰ verus planete respectu debeat distare a tertio notabiliter ⁊ ē ēt diametralis linee medij motꝰ solis ⁊ tertiꝰ similiter. Jstis. n. habitis īfra tēpus illaꝝ cōsiderationū. Jam sciebāt arcus medioꝝ motuū ꝑ quos mathe. regulis mediātibꝰ cognoscebāt versus quā partē zodiaci esset ipsa aux. Demū ⁊ in quoto gradu alicuius signi: vt ibidē longe tractatur.

Aux ēt in secūda significatione. Est secūdus terminꝰ i ordīe terminoꝝ: quibꝰ vtunᷓ ipsi tabulātes motꝰ planetaꝝ.

Linea medij motus. Declarat que linea hz ostendere equalē motum planete i zodiaco. Jā prius ostēsum est: quomodo cētruz epicicli equaliter mouetᷓ i equāte. Si itaqz ducatᷓ linea de centro mundi ad zodiacum eque distās illi: que ex cētro equātis vsqz ad epiciclū extēditᷓ necessario sequitur: ꝙ sicut ista que i quātitate ostēdit motū equalez centri epicicli. sic illa i zodiaco: quēadmodū circa solez sufficiēter ostēsuz ē: Habetᷓ itaqz motus equalis planete i zodiaco per respectū ad illū: quē habet in centro equantis.

Linea ueri motus epicicli. Necessario diuersa ē a linea medij motus. Jpsa. n. semꝑ ducitur de centro mūdi ꝑ centrū epicicli linea autē medij motus sepe numero stat cadere extra centrum epicicli. alius ergo erit pūctus zodiaci: quē terminat linea veri motus centri epicicli. Et alius quem terminat linea medij motus epicicli. Jdeo diuerse sunt: dūtaxat. n. cētro epicicli existente in auge vel in opposito augis ecētrici: linea medij motꝰ epicicli trāsit per cētrū epicicli alias semꝑ extra cētruz epicicli cadit. sequēs aūt littera de linea veri loci planete manifesta est.

Medius motus. Primꝰ terminꝰ quo vtunᷓ tabulantes motū planetarū. Qui quidē motus qualiter īuestigatus sit a primis obseruatoribꝰ esse tātus aut tantus īfra diē naturalē pz ex prioribꝰ. prīo. n. inuentꝰ ē medius motus planete i epiciclo: q dr̄ argumētuz mediū: q fit i vno die ex reuolutionibus planete i epiciclo equalibus ⁊ iō subtracto de medio motu solis quē hz in vna die. Restat mediꝰ motus planete in vna die: quo habito ꝑ additionem cōtinuā surgit ad dies plures: menses ⁊ annos ꝓut cuiqꝫ placet extendere ⁊c.

Uerus autem motus epicicli. Pz ex lr̄a qd sit ⁊ ipse habetur per solam additionē aut detractionez equationis cētri de zodiaco ad mediū motū planete. Cur aūt i planetis est medius motus epicicli ⁊ alius verꝰ: nō aūt in luna cā ē hec: qꝛ in lūa centrum epicicli īmediate mouetur equaliter suꝑ cētro mundi. in planetis autē non nisi ꝑ respectum ad lineam eductam de centro equantis. alius ergo est punctus zodiaci: sub quo ē verissime centrum epicicli: ⁊ aliꝰ qui tangitur a linea equalem motum epicicli īdicante: sicut patuit circa lineas medij ⁊ veri motus epicicli. verus etiam motus planete quid sit ⁊ quem nominat arcū: patet i lr̄a. Arcus autem veri motus seu veri loci planete: colligitur similiter mediātibus oībus terminis ⁊ operationibꝰ: que occurrūt apud tabularios. Similiter aūt i planetis: sicut i lu


na ītelligendū est dūmodo ipsi fuerint extra eclipticā verus locus pla
nete ī celo ostenditur per lineā euntē de cētro mundi per cētrū corpo
ris planete. Sed in zodiaco ostenditur per circulū ductuꝫ ꝑ polos zo
diaci ⁊ ꝑ cētrū planete. Quicunqꝫ. n. punctꝰ ecliptice a tali circulo ta
ctus fuerit ipse ē verus locꝰ zodiaci planete habentis latitudinem ⁊c.

Centrum medium. Est tertius terminꝰ quo vtunꝛ practicātes motū. ⁊ qd sit pꝫ in lr̄a qualiter ēt ipse īuestigaꝛ qꝛ ꝑ subtractionē augis planete de ipsius medio motu. Accipiꝛ ēt hic cētrū ī. 2ª. significatione ꝓut. s. nomīat arcū zodiaci nō pūctū mediū ipsiꝰ circuli cētrū ēt verū pꝫ sicut dicit lr̄a ⁊ ista duo centra nō differūt ab inuiceꝫ: nisi rōne termini: ad queꝫ cōputanꝛ. vtrūqꝫ tamen augis linea sumit terminum a quo.

Equatio centri in zodiaco. Quartus terminus q apd̄ tabulātes reperiaꝛ: primꝰ ī tabulis equationū notū ēst ex lineis q̄ mouent arcū. calculaꝛ aūt eo modo: sicut equatio solis ab auge ecentrici incipiendo: vbi nulla est ꝑꝑ lineas medij ac veri motus epicicli idemptificatas: ⁊ inde ꝑ singulos gradꝰ ꝓcedēdo vsqꝫ ad longitudinē mediaꝫ. i. ad illū ī quo centrū epicicli mediocrē hꝫ accessum ad centrū mūdi inter augē ⁊ oppositū vbi maior ille arcus inter omnes īueniꝛ ꝓpter lineas medij ⁊ veri motꝰ epicicli ī eo loco magis diuersificatas Inde ꝓcedendo potestate linee ad se inuicē cedūt. vnde ⁊ arcū inter se minorāt vsqꝫ dū fuerit ī opposito augis ecentrici vbi iterū ī auge fiūt vna. ⁊ sic ibi sicut ī auge nulla fit equatio. ¶Pro reliqua aūt medietate circuli eodē seruiūt ordine tn̄ verso: sicqꝫ cōplenꝛ equationes cētri ī zodiaco. ſm aūt talē ꝓcessuꝫ ab uge ecētrici ꝓcēdo vsqꝫ ad oppositū linea veri: iō ꝓdicta equatio de medio motu planete ⁊ de medio centro abijciꝛ: sicut dr̄ ī littera ī altera tandē meditate per oppositum. ⁊c.

Equatio centri in epiciclo. Nihil aliud est nisi arcus epicicli ꝑ quē differūt mediꝰ motꝰ ⁊ verus planete in epiciclo: qui qdeꝫ arcus ē semꝑ tot graduū ⁊ minutoꝝ. quot equatio centri ī zodiaco. ergo vna ⁊ eadē ē tabula: que ītitulatur equatio cētri cōtinēs duplices gradus. s. zodiaci ⁊ epicicli ⁊ ī quocūqꝫ loco vna earū ē nulla aut maxia ī eodē ⁊ altera. Et magister ī lr̄a satis manifeste ostendit: quomodo oꝫ illas equationes esse equales nō in quātitate qdē equali in ꝓportione qd̄ sic adhuc pro clariori intelligētia ostenditur in hac figura.

Quādocūqꝫ inequis circulis supra cētrū equales cōsistūt anguli illas super arcus equales cadere necesse ē. Sicut dicit. 25. tertij euclidis. Sꝫ ī circulo. s. t. h. q sunt equales qꝛ quilibet. 360. partiū angulus supra cētrū. scilꝫ. c. e. u. ē eq̄lis arcui alteriꝰ. t. g. s. ergo arcꝰ vniꝰ. silicet. c. u. ē eq̄lis arcui alterius. t. s. ergo per. 29. primi angulus. t. e. u. est equalis angulo. l. g. e. qꝛ sunt anguli coalterni ⁊ angulus. l. g. e. est equalis angulo s. g. t. per quīdecimā primi qꝛ sunt anguli cōtra positi ⁊ per cōsequēs



arcus consistentes super angulos eq̄les. scilꝫ. c. u. ⁊. s. t. sunt equales habita ergo vna equatione habebitur ⁊ reliqua dum aūt centrū epicicli vadit ab auge ecentrici vsqꝫ ad oppositū tunc medius motus epicicli maior ē vero motu epicicli. Et tc̄ ēt aux vera epicicli subsequitur mediā ſm motum planete ī epiciclo. Et iō qn̄do equatio centri minuiꝛ a medio motu ⁊ a medio centro tunc ipsa medio additur argumento ī altera aūt medietate fit per oppositū ⁊ hoc īnuit littera ⁊c.

Argumentum medium. Quintus terminus secunduꝫ quē reponitur motꝰ planetaꝝ ī tabulas medioꝝ motuū seu reponi pōt ⁊ si nō reponaꝛ. Iā aūt dictū ē qualr̄ ab antiqs hic motꝰ īuestigatus ē circa illā lr̄am. hꝫ aūt epicicli reuolutio ⁊c. argumētuꝫ ēt verū quid sit motū ē qꝛ nominat verū motū planete ī epiciclo ⁊ ē sextus terminus.

Equatio argumenti. Septimꝰ terminꝰ indicat arcū pꝫ ī lr̄a. Inuestigatio aūt practice cuius arcꝰ sit sicut circa lunā dictū. s. opando per semidiametrū epicicli ⁊ ecētrici ⁊ per ecentricitatē. Cū eo tamen recurrendū ē ad ¶Pto. aut ad Albeonem siue ad alios mathematicos.

Cum uerū argumentū equatū. Iō qꝛ tūc corpus planete fit ī illa medietate que ē versus oriētē ⁊ ī vlteriori loco fit linea veri loci planete quam linea veri loci epicicli. Illa. n. linea diciꝛ precedere alteram que vlterior ē ſm successionē signoꝝ zodiaci. Et iō

tunc addit̃ equatio argumẽti. Sꝫ dũ argumẽtuꝫ verũ fuerit plus .6. si
gnis corp⁹ planete fit in illa parte q̃ ẽ versus occidẽteꝫ. Et fit ĩ minori
loco q̃ liea vocat̃ loci plãete ꝙ epicicli iõ tc̃ equatio argumẽti minuit̃.

Accidit aũt equationes argumẽti.

Ostendit magister qũo dicte equatiões argum ẽtorũ nõ habẽt se vno
⁊ eodẽ mõ cẽtro epicicli ĩ quocũqꝫ loco ecẽtrici existente: sꝫ continuo
ab auge ecentrici ꝓcedẽte fiunt maiores iõ quia quãtitas epicicli ꝑꝑ
accessuꝫ ad centrũ mundi maiorat̃ sic ꝙ centro epicicli ĩ opposito au
gis ecẽtrici cõstituto ĩter oẽs ñunt maiores. Nã ĩ eo loco epicicl⁹ pl⁹
appropinquat centro mũdi. ꝓpter ergo istã variationẽ equationũ sur
gũt illi duo termini qb⁹ ĩtitulant̃ due tabule ĩter tabulas equationũ
s. diuersitates diametri ad longitudineꝫ lõgiorẽ. Et diuersitas diame
tri ad lõgitudinẽ ꝓpiorẽ. Quid aũt nominãt isti termini manifestuꝫ
est satis in littera.

Q. uia vero lune a centro.

Ait magister d̃ vl
timo termĩo q po
nit̃ ĩter tabulas equationũ. s. de mĩutis ꝓportiõalibus q̃ sunt ad lõgi
tudineꝫ lõgiorẽ qd ipa sunt pꝫ ĩ lr̃a. Pto. tm̃ dicit mi. ꝓportiõalia ad
lõgitudineꝫ lõgioreꝫ esse sexagessim⁹ excessus maiore equatiõis argu
menti de lõgitudĩe ecentrici sup equationeꝫ maioreꝫ d̃ auge ecẽtrici.

Similiter linea.

Hic d̃terminat d̃ mĩutis ꝓportiõali
b⁹ q̃ sunt ad lõgitudinẽ ꝓpiorẽ ⁊c.

Equationes autem argumetoruꝫ.

Oñdit magister qũo eq̃tiões argumẽtorꝫ tabulate ille dũtaxat fiunt
sꝫ suã formã ꝓ tpe quo cẽtrũ epicicli fuerit ĩter augeꝫ ecentrici ⁊ inter
lõgitudineꝫ mediã: tũc mediãtib⁹ mĩutis ꝓportiõalib⁹ q sunt ad lon
gitudinẽ ⁊ mediãte diuersitate diametri silr̃ ad lõgitudinẽ lõgioreꝫ ĩ
uenit̃ pars sꝫ quã minor dꝫ esse eq̃tio argumenti ꝓ illo loco ꝙ sit ĩ lon
gitudĩe media. dũ aũt centrũ epicicli esset inter longitudinem mediaꝫ
ecentrici ⁊ ĩter oppositionem similiter ꝑ minuta ꝓportiõalia longitu
dinis ꝓpioris ⁊ ꝑ diuersitatem lõgitudinis eiusdẽ querit̃ pars sꝫ quã
maior sit equatio argumenti ꝓ illo loco ꝙ sit ĩ longitudine media exi
stente epiciclo. Et ꝑ hunc modũ equatio argumenti ꝓ vno quoqꝫ loco
epicicli ĩuenitur licet ipsa ad vnum locuꝫ tabula sit. Et tantum circa
tres superiores.

De venere.

t Heorica veneris sicut etiã p̃cedentiũ diuiditur ĩ tres
ptes. In pria ponit̃ numer⁹ orbiũ. In sc̃da motus lo
calis eorꝫ. Et ĩ tertia t̃mini tabularꝫ remittunt̃ ad tres
supiores ex eisdeꝫ c̃t rõnibus ĩuenire quẽadmodũ ĩ tri
bus supiorib⁹ cõuincit̃ ecentricus esse ponẽdus ⁊ duo
alij ecẽtrico circũstãtes vꝫ: qr ꝓcedẽdo a lõgitudine lõgiore ad mediã
minor ẽ motus veneris ⁊ a media ad ꝓpiorẽ eũdo maiorqꝫ diuersitas
ꝑ ecentricũ saluat̃ sicut supius oñsuꝫ ẽ ĩ sole ⁊ trib⁹ supiorib⁹. Orbes
ẽt augẽ deferentes veneris iõ dũtaxat motu octaue sphere moueri ar
guunt̃ qr diameter vadens ꝑ lõgitudinẽ lõgiorẽ ⁊ ꝑ lõgitudineꝫ pro
piorẽ cuiuslibet qnqꝫ planetarũ nõ inuenit̃ aliter variari in se quẽad
modum variant̃ ipse stelle fixe sicut testat̃ Pto. d. 9ª. c. 7. ⁊c. Qd̃ aũt
aux ecẽtrici veneris sit ĩ eodẽ loco zodiaci sm longitudinẽ cũ auge so
lis deprehensuꝫ est ab antiquis ⁊ nũc expiri possit ꝑ instrumentum ar
millarꝫ tũc quãdo ipsa essꝫ maxime separata a sole vespertina seperatio
ne. Et etiã tũc qñ ipsa esset maxime seperata a sole matutinali sepera
tione. ita tñ ꝙ iste seperationes sunt eis ĩuiceꝫ equales vl̃ equaliter di
stantes a linea medij motus solis. tũc. n. diametruꝫ lõgitudinũ neces
se est eadẽ eẽ ĩ pũcto medio: ⁊ dr̃ mediũ motũ solis prime ⁊ secunde cõ
siderationis quẽadmodum demõstrat Pto. d. 10. c. primo. Dũtaxat
autem tunc aux veneris ẽ simul cum auge solis tam secundum longi
tudinẽ quam secundum latitudinẽ. Quãdo centrum epicicli veneris
fuerit in capite vel in cauda sui draconis. Tũc. n. superficies ecentrici
veneris ẽ in superficie ecliptice. ⁊ sic aux sua nullã hꝫ latitudinẽ sic di
cetur circa latitudines veneris quolibet aũt alio tẽpore aux veneris
hꝫ latitudinem ab ecliptica ⁊ sic non erit in eodem loco secunduꝫ lati
tudinem cum auge solis ⁊c.

Orbis autẽ epiciclum.

Iã ĩ capitulo circa tres
supiores declaratũ est
quomodo reuolutiones veneris ⁊ mercurij quos faciunt secunduꝫ lõ
gitudinem circa zodiacum equales sunt reuolutionibus solaribus ⁊
iõ sequitur eundem esse mediũ motum solis Veneris ⁊ Mercurij hoc
ẽt ĩnuit Pto. d. 9ª. c. 3. dicens. Sed cũ nõ sit necesse vt diuidamus su
mã numeri partiũ reuolutionũ per dies temporis positi cuiuscunqꝫ
stelle. Quomodo quod ẽ veneris quod ẽ Mercurij ex motu. Ille idem
est cuius iam premissimus variationem solis, hec ille.

Fit autem Officio instrumenti armillarũ qđ efficacissime partes celi ꝭm longitudinē ⁊ ꝭm latitudinē ex
plicat deprehensum est veneris deferentē sicut ⁊ alioꝝ planetarum ab
ecliptica declinare. insuper centro epicicli veneris in suo ecentrico dis
currente idem centrũ epicicli dũ ab ecliptica dclinā t eiusdē instrumē
ti vsu media parte differentis que versus aglonem est discurrere sem
per cognoscebatur. Ha bita. n. quantitate epicicli facile ꝯstat an cētrũ
eius sit sub ecliptica hoc ita ꝙ cētrũ epicicli veneris dr: vt deferēs eiꝰ
deuiat semꝑ versus aquilonem repiatur nullo modo saluari potest ni
si idez deferens motu accessionis ⁊ recessionis moueatur: taliter vt ea
pars quam ingreditur cētrum epicicli versus septētrionē semper dcli
net reliqua parte quaz dimittit versus austrũ se sepante. Isto ergo mo
tu habito sequitur axem ⁊ polos sup quo ⁊ qbus mouet̃ ꝭm longitudi
nem deferens veneris ad polos zodiaci qñqz accedere qñqz vero rece
dere ab eisdem ⁊ aliqñ esse cum ipsis. hic autez motus accessionis ⁊ re
cessionis erit super diametro eunte per caput ⁊ per caudam veneris.
Et ex eo motu sequitur augē veneris eclipticā ꝑtrāsire: ⁊ eē aliqñ sub
ecliptica aliqñ versus septētrionē aliqñ versus meridiem. ⁊c.

Sed epicicclus eius. Ex eisdem cāis venus exñs ī superiori pte epicicli conui
cit̃ motũ ꝭm successionē signoꝝ ⁊ ī inferiore existēs ꝯ successum signo
rũ sicut in tribꝰ supioribꝰ dcm̃ est. Reuolutio ēt epicicli veneris ī epi
ciclo fit ꝭm mediũ motũ in. 583. diebus. 22. horis. 14. minutis ꝭm Al
fonsum. ⁊ eo tempore habito argumentum veneris vnius diei modo
qui iam sepenumero expositus est inuenies. s. 360. gra. per tempus re
uolutionis diuidendo. Et hoc circa venerem.

De Mercurio.

Heorica Mercurij hʒ tres partes principales. In pri
ma magister determinat de multitudine orbium par
tialium in spera mercurij contētorum ostēdēdo simul
cũ dispositione orbiũ motuuz quorūdā. In ꝭa ꝙ orbis
quartus tractat de motibus deferentis epiciclũ ꝙ hʒ
variũ rōne sue diuerse habitudinis in ordine ad centrũ mũdi. In ter
tia aũt declarat terminos: ibi terminũ autem.

Mercurius hʒ orbes quinqz. Prima ps in qua ꝓpōi
tur naturas orbium partialium in spera Mercurij contentorũ quorũ

numerꝰ sumit̃ simili argumētatōe sicut circa precedētes dcm̃ ē. magi
ster aũt ī lr̃a sufficienter primoꝝ duoꝝ exprimit dispositōem quo ad
eoꝝ vtrasqz superficies quo ad cētra quo ad nomen ⁊ quo ad motum.
quod autem isti duo primi tres in spera mercurij sunt ponēdi: sic ostē
ditur: qꝛ medietas epicicli mercurij ī certo loco mīor appet ⁊ ī opposi
to illiꝰ loci maior. sicut tpe Ptolomei mīor qdē appebat ī libra. maior
vero ī arie. circa arietē qdē semidiamet̃ epicicli mercurij appebat. 23.
gra. 15. m̃. ⁊ ex hac appentia ꝯcludit̃ ī mercurio lōgitudo lōgior: ⁊ lōgi
gitudo ꝓpior. ⁊ deīde ecentricꝰ ⁊ duo p̄mi orbes ī tali dispositōe sic̃
dicit ō eis lr̃a motꝰ aũt istoꝝ duoꝝ ex eo pʒ: qꝛ diameter lōgitudinis
lōgioris ⁊ ꝓpioris nō inueniebat̃ alit̃ variari nisi sicut stelle fixe. ēt hoc
dmōstrat Pto. spāliter ī mercurio. d. 9. c. 7. vocātur ēt dicti duo p̄mi
orbes dferētes augē equantis: iō qꝛ in ordīe ad eos aux in equāte acci
pit̃ sicut vʒ ꝙ ī quocūqz loco fuerit diameter latitudinis lōgioris eoꝝ
ī eodē ēt aux ipsiꝰ equātis: ⁊ sic qꝛ ad variationē eorũ aux inequāte va
riat̃: deferentes augē equātis nũcupant̃ ⁊c. Dicta āt diameter lōgitu
dinũ siue etiā aux equantis quomodo ad ātiquos sit venata eē sub hoc
vel sub illo loco puncto zodiaci: vt pʒ ꝑ Pto. d. 9. c. 7. videlicet accipiē
do istrumēto stellarũ stellā mercurij qñ ipse eēt separatus a sole maio
re longitudine matutinali: ⁊ iterum vespertina ita tamen ꝙ seperatio
matutinalis seu lōgitudo eēt equalis vesꝑtine a linea medij motus so
lis: cum quoniā istud repertuz fuerit necesse erit vt sit locꝰ lōgitudinis
lōgioris idest aux orbis cētri egrediētis ipsũ pūctũ mediũ īter lineam
medij motus solis p̄me īter lineam medij motus solis secunde conside
rationis. Tali enim casu anguli diuersitatũ sunt equales: ⁊ qñ ipsi sūt
equales necesse est centrũ epicicli equalit̃ distat̃ diametro lōgitudinũ
vt ibidē demōstrat. d. 9. c. 6. ⁊c.

Inter hos extremos sunt alij duo.

Necessitas ponēdi hos duos orbes scđos ē: qꝛ īstr̃o stellaꝝ expti sunt
sapiētes ātiqui ꝙ ipsē mercurius īfra vnũ ānum solarē infra quē com
plet suam reuolutionem medio cursu bis apparet in longitudine pro
piori seu ī maior̃ accessu ad cētrum mundi alibi tamen existens ꝙ in
opposito augis qꝛ quando tunc fuerit duobus signis ante vel post op
positum augis sui ecentrici ⁊ ī opposito augis iterũ remotiꝰ distare vi
det̃. semel aũt appebāt esse in auge īfra eũdē ānũ solarem quemadmo
dũ etiā lũa videt̃ bis accedere ad cētruz mũdi infra vnũ mēsez. ⁊ hoc

quidē testat̄ Pto.d.6.c.5.dicēs ī hac nāq; stella mercurij īuēimus ꝙ
est parua circuli sicut reperimus in luna ꝙ centrum orbis reuolutio
nis.i.deferētis epiciclum quod prediximus ad contrariuz successiōis
signorum reuolutiōe vna ī omni anno:quoniā mercuriꝰ etiam ī reuo
lutione vna videtur in lōgitudine propinquiore duabus vicibus quē
admodum luna vicibus duabus videtur in longitudine propinquio
re in mense vno.h ille.ista ergo ap parentia in mercurio nullo mō ali
ter saluari pōt nisi positis alijs duobus orbibus huiusmodi dispositō
nis sicut exprimit lr̄a.⁊ cum hoc ꝙ moueantur in cōtrariam partem
dferentis epiciclum ꝯtra successum signoꝝ circulo paruo.tali eniz mo
tu posito sufficienter saluabitur centrum epicicli esse in maiori distā
tia a cētro orbis signoꝝ qn̄ fuerit in opposito augis ecētrici quam qn̄
distiterit ante vł post oppositū augis duobus figuris ꝓpter subīgressū
maioris spissitudinis secundi orbis ad oppositum augis tūc qn̄ ēt cen
trum epicicli fuerit in opposito augis.⁊ hoc quidem ꝙ stellā mercurij
in lōgitudine propinquiorem reuolutione vna duabus vicibus appa
reat.demōstrat Pto.d.9.c.8.⁊c.

De cētro horum duorum.

Notādū postꝙ āt ostensuz fuerit cē
trū istoꝝ duoꝝ secūdoꝝ orbiū sat̄ māifestū erit idē cētrū pui circuli d
bet esse etiā cētrū pmorū duorū quo ad eorū supficies ecētricas.alr̄.n.
orbes predicti nō essent cōtigui nisi cētrū supficieruz ecentricoꝝ esset
